

TITULUS. XXXI. CONSUEUDO.

S. I.

Consuetudo bona,

Erit puer Nazarus Dei ab infantia sua, & ex utero matris sua usque ad diem mortis. Judic. 13. 7.

Mors in illa vir DEI, & non potuerunt comedere. 4. Reg. 4. 40. Convivium lautum, ut putabat, suis Discipulis instruxit: Elisius; sed ubi amarissimas herbas gustavit, exclamant: Mors in illa est. Nec tamen queritur ipse Elisius; nec traicitur coco decepto; & pro dulcibus amaribus herbas apponenti. Nimirum dulcescebat ei ex usu amaritudo. Ramirez in ep. 2. v. 9.

Hic, & his similia, secundum Legem Dei puerulus observabat. Tob. 1. 8. Quid ergo mirum Tobiam humanis corporibus, hostiis liandis, constantem fuisse eum scito, pueritiam inter ferebra, a raique duxisse. Oliva 1. 1. Strom. §. Exurgens Maria abiit in montana.

Flores mei fructus honoris. Eccl. 24. 23. Omnes arbores prius floribus ornantur; & ipsa vitis, cui se similem Sapientia, seu Pietas, dicit. Qualis ergo hac vitis, quae flores suos, fructus vocat? Flos Symbolum floridae juventutis; fructus naturae aetatis. Quales flores, talis fructus. Pinna hic Ethol. 75.

Bonum est vitis, cum portaverit jugum ad adolescentiam suam. Thir. 3. 27. Onus, quod non ferre voluit juvenis, aegre portabit senex. Idem ibidem.

Joannes mittens duos ex discipulis, ait illi: Unus, qui venturus est ad altum exponam? Matth. 11. 3. Joanni certissimum erat, Christum esse verum Salvatorem; discipuli vero ejus dubitantes utrum errorum suum agnoscerent, cum tali nuntio eos ablegabat idque ex carcere: Cum audisset in vinculis opera Christi. Ibi illos, quis Christus sit, docere sudebat. Cur vero ista in carcere? S. Ambros. l. 1. de S. Jo. Bap. mirari non debemus, quod ab Herode missus in carcerem, clausus Christum suis Discipulis intimeret: cum clausus in utero eundem Dominum gestibus praedicat. Tantes habet confuetudo vires. Did. Nyss. ser. 3. Dominic. 1. Quadrage. §. 4.

Jugum meum siveque. Matth. 11. 30. Juvenes initio jugum dederunt, & ad ferendum vix adiungunt; affluet ultro colla supponunt. Sic, licet initio, vel taurus indomitus, pietatis jugum excutias, tandem affluet libenter trahes. In novissimis enim iniquitate regimini ea, & convertitur tibi in Oblationem. Eccl. 6. 29. Pinna hic Ethol. 79. Si jugum Christi suave est, & onus ejus leve; quomodo ait: Irrate per angustiam portam? Matth. 7. 13. Et regnum caelorum vim patitur. v. 12. R. Quod unum, & idem, est angustum, laboriosum, & grave, incipienti, in perferendo, & spirituale consolationem nondum experto; quod tamen latum, jucundum, & leve est exercitato, proficiente, perfecto, & habituato in bonis. Denique mandata, & consilia, Christi, ex sua natura dulcia sunt, & levia; licet, per comparationem ad nostram fragilitatem, & pronitatem ad malum, difficulter in principio impleantur. Dion. Carth. in Matth. 11.

Intrauit secundum consuetudinem suam in Synagoga. Luc. 4. 16. Numquam defertenda est agendorum consuetudo bonorum; firmat enim naturali quadam potentia morem. Optimum in virtutibus, consuetudine assumpta bonis moribus coalescere. Savva tamen hostilis est, consuetudine contraria reborari. Sim. Cass. l. 9. c. 10.

Mitte Lazarum. Luc. 16. 24. S. Chrysol. l. 122. Abraham etiam a morte hospitalis. Did. Nyss. f. 3. D. 1. Quadr. §. 4.

Domine, ne statuas. Act. 7. 59. Hoc in ipsa caede, & furore lapidationum, praestare nunquam potuisset; nisi multo ante ista animo percipisset, & in tota vita in his cogitationibus versari consuevisset. Ihd. Clarus de S. Steph.

Bona consuetudo excutere debet, quod mala instruxit. S. Martinus Breaensis. Ep. in Maximis de morib.

Lignum diu jacens in aqua, non facile, & cum magno fumo, accenditur. Imbutus diu diversis peccatis, contra volentes eum charitate accendere, fumum emittit mormurationis, puncturatum, detractionum. Summa Praedic. Consuetudo.

S. II.

Mala Consuetudo,

Symbola,

Allegoriae, Similitudines,

Ex Veteri.

Dissimulante illo (Loth) apprehenderunt manum ejus. Gen. 19. 16. Aquila legit: cunctabat. Quantas moras necit peccator; quem Loth cunctatione sua adumbrat, ut ex ergastulo inolitarum consuetudinum egrediat. Cum ad meliorem frugem admonetur; tergiversatur, cunctatur, differt meliora: ut opus habeat, manungelica, imo divina; educi. Arcones in Il. 3. Disc. 2.

Surgite, egredimini de loco isto: & visus est eis quasi ludens loqui. Gen. 19. 14. Instantissime conabatur Loth duos illos juvenes, generos suos, secum Sodomis abstrahere; sed mora detenti, coneremati fuerunt. Glossa interlin: prava consuetudinis amor eos ligaverat. O quot hodie pertinaces in orbe peccatores! qui, quia ex tot concionibus non corriguntur, inferni ignibus comburentur. Diez Conc. 2. in Com. MM.

Respiciens uxorem ejus post se, versa est in statuum salis. Gen. 19. 26. S. Nilus in Afcet. Consuetudo, cujus illa speciem gerit, eos, qui volunt omnino recedere; ad se trahit.

Sepelite me cum Patribus meis. Gen. 49. 14. Jacob in Aegypto vita fundus est; sed percipit filii, ne illum in Aegypto sepelirent. In Aegypto, o peccator, mortuus es; nol in Aegypto sepeliri. id est, ne per consuetudinem in eo haereas. Stella in Pf. 136.

Urgentem Aegyptii populum de terra exire velociter. Ex. 12. 33. De captivitate, durissimo labore, adeo invit i exiunt; ut urgeri, & compelli debeant ire in terram fluentem lacte, & melle. Ipsa consuetudo, & longa habitatio, illis dulcis erat. Applicata male consuetudini. Sylv. addit in Evang. S. Joan. 2. c. 5. q. 2.

Ego audivi vos dicere: Bene nobis erat in Aegypto. Num. 11. 18. Bene in Aegypto? Dominus tenet in rubis spinis, vulneratum laborantis in Aegypto populi imaginem proferentem. Quid Moyfi praefatur?

Vidi afflictionem populi mei in Aegypto; scitis dolorem ejus, descendendi, ut liberem eum. Ex. 3. An non ingemiscens filii Israel propter opera vociferati sunt? ascendite clamor eorum ab operibus ad DEUM? Ex. 2. 23. Quomodo igitur vobis bene erat in Aegypto? addidit textus: post multum vero temporis. Ex. 2. 23. Diuturnitas servitutis nescio quam cecis commoditatem ingesserat. Efcob. mir. Chr. t. 1. Obf. 2. verif. 6. Judei, cum Manna haberent; allium querebant; & cum libertate fruerentur; recordabantur servitutis, & Aegyptum saepe numero exspectabant, propter consuetudinem. Adeo violenta res est! Chrysol. hom. 7. in 1. Cor. Sanct. Bernardus serm. 19. de 11. impedim. poenit. ponit quartum: malitiam male consuetudinis. Qui facit peccatum, servus est peccati. Joan. 8. 34. Pharaonica haec servitus est; lapis Lazari Joan. 11.

Non poteris servare Domino. Job. 24. 19. Dixit Josue populo promittenti aeternam Legum observantiam. Abul. q. 12. Dicit aliquis: quomodo Josue dicit, quod Israeliti non possent servare Domino, cum ipse supra v. 15. dixerit: quod, etiam totus Israel vellet colere Deos Mesopotamiae, vel Amorrhaeorum; ipse, & domus sua, colerent verum Deum: nam si ceteris erat impossibilis cultus Dei, ei quoque fieret impossibilis. Respondet: proveniebat forte ista difficultas propter assuetudinem ad peccatum: nam afflicto ad aliquod genus peccati, difficillimum est relinquere illud; eo quod transivit in naturam. Naxera in Job. 24. §. 39.

Si incluserit hominem, nullus est, qui aperiat. Job. 12. 14. S. Greg. l. 11. mor. c. 5. Omnis homo, perid, quod male agit quid sibi aliud, quam conscientia sua carcerem facit: qui, cum, judicante Deo, in malitia suae cecitate relinquitur, quasi intralmetipsum clauditur; ne evadendi locum inveniat, quem invenire minime meretur. Nam sepe nonnulli a pravis actibus exire cupiunt: sed quia eorumdem actuum pondere premuntur, in mala consuetudinis carcere inclusi, a semetipsis exire non possunt.

Negus invenient in te lacum latendi clamor meus. Job 16. 19. Non omnis iniquitas clamor dicitur; sed magna, professa, publica. Nam cum adhuc quodammodo veretur datur, atque cunctatur; & vel timore, vel pudore, reprimitur; nondum dicitur clamor. Cum vero, ingentis cupiditatis impetu, omnia praeceptorum, & Legum, monumenta rumpuntur, & male concepta secreta, eiecitis omnibus reprehensionibus, & terroribus, in impudentissimos, atque audacissimos, mores, tanquam in diluvium consuetudinis, conflant; jam clamor vocatur. V. Beda in Job hic.

Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum. Pf. 1. 1. Abire, est malis consiliis ad modicum consentire. Stare, est malis operibus operam dare; sed sedere, est peccatum in consuetudinem ducere. S. Bonav. l. 7. de Apokal. Cathedram, exiffimare Jungam

gam in vitio moram oportet; quod maxime nobis cavendum: quoniam in peccatis diuturnitas habitum quemdam vix mobilem in animis constituit. Antiquus enim animi morbus, & mali exercitatio longitudine obruta, vix remedium, vel potius nullum, reperit; cum in naturam, ut plerumque videmus, saepe consuetudo vertatur. S. Basilus hic.

Salva me ex oratione. Pf. 21. 22. Leo rapit & raptum fortiter tenet: sic diabolus rapit hominem in consensu, vel operatione; & fortiter tenet in consuetudine. Hugo Card. hic.

Fit, Pl. 108. 19. id est, fiet ei suum peccatum, ex consuetudine scilicet mala, sicut vestimentum, quo operitur; & sicut Zona, qua semper praerigitur. Dicere possunt illud If. 28. 15. Peperimus sicut cum morte, & cum inferis fecimus pactum. q. d. manus nostras posuimus in manus diaboli; & homagium facientes, nunquam recedendi ab ejus operibus. S. Bernardus t. 1. serm. 21. artic. 1.

Viam iniquitatis amove de me. Pf. 118. 29. S. Ambr. hic: Pulchre viam dixit iniquitatis, non iniquitatem: eo quod non quasi naturalis iniquitas fit in nobis; sed majorum post peccata currentium sit attrita vestigiis.

Filius peccatorum suorum constrinxit. Prov. 5. 22. Filius adjectis funes contexitur, quorum singula facile lacerari possunt: at si multa fila in unum texantur, contritibus ab his vix te expedit. Funiculus triplex difficillime rumpitur. Efcob. mir. Chr. t. 1. Obf. 1. verif. 5.

In quovunque loco ceciderit, ibi erit. Eccl. 11. 3. Solet autem in eam partem cadere, in quam erit inclinatum. Stat in sylva arbor vetustissimis humi fixa radicibus, quom ruitus securi ferit: nutat arbor, & ruitum inclinatum vertice minatur. Peto, in quam partem cadet? profecto in eam, in quam inclinatur. Diez in Circumcid. D. conc. 2.

Expoliavi me civitate mea, quomodo induar illa? Cant. 5. 3. Hebr. exoriavi. Sanct. Bernard. serm. 9. in Cantic. de peccatoribus inveteratis: operi sunt iniquitate, ut non facile explicare se ab illa possint. Et, ut amplius dicam, quasi eque quadam, sic parva vitu operi consuetudine victorum; ut illam dedifcere, non tam expoliari sit, quam exoriari. Efcob. mir. Chr. t. 1. lib. 7. sect. 1.

Non exorauerunt pro peccatis suis virgines gigantes. Eccl. 16. 8. Gigas inveteratus peccator. Hugo Card. hic.

Va, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. If. 5. 18. Peccatum vocat vanitatem: quia, ut ait S. Hier. facientibus peccatum facile textitur; ac adeo inane in se est, ac futile, ut araneaum tela. Sed cum inde exire voluerimus, solissimis vinculis necimur. Peccata ergo sunt funes. I. Quia hinc ex his, id est, ex rebus, & voluptatibus vanissimis, & levisimis. II. Quia distorta sunt, ut funes. III. Quia invicem connexa. Semper ligatur, Symbolum peccatoris. Chald. Va, qui incipiunt paulatim peccata augere, ut crescant, & fortia sunt, ut vinculum plantif. Sicut bos, vel equus, dum prinam curru jungitur; salit, recalcitrat; jugumque conatur excutere, & manere liber. At ubi jugum subit, equus affluet est, sponte illum subit; imo ex habitu eum adit, mox ut a praefposito solvitur; esto in illo illi sudandum, & gemendum; sit: ita homo initio peccati onus averteratur; at, ubi affluet, sponte illum subit; & quasi in dolore, & gemensufo, ridens; ad illud ex consuetudine procurat. S. Aug. in Pf. 52. Va, qui trahunt peccatum suum, sicut reffem longum. I. Quid est aliud, quam vix his, quorum manus connectum iniquitatem? Sed non vis modo disrumpi vincula tua, quia non sentis vincula tua; etiam delectant te, & voluptati funt. Senties in fine, cum dicitur: ligate illi manus, & pedes. Corn. in If. c. 5. v. 18.

Humiliata es usque ad inferos. If. 57. 9. id est, usque ad profundum peccatorum. S. Thom. hic.

Si mutare potest thelyps: pellem suam. Jer. 13. 23. Et vos poteritis beneficiere, cum didiceritis malum? Nequam est nato eorum, & naturalis malitia ipsorum; & quomodo non poterat mutari cogitationem illum in pepernum. Sap. 12. 10.

Vestium fecit pellem meam, & carnem meam. Thren. 3. 4. Sunt enim quidam, velut pelles vetustae: in quibus, praenimia vetustate, & putredine, non potest durare, nec tenere, aliqua futura poenitentia. Contritio enim est, quasi acus pungens, si filium vero, quod introducit per hanc acum, & refarcit dissoluta, sunt vincula satisfacionis, quae injungitur a sacerdote. Sed in illis, qui ita inveterati sunt per pravam consuetudinem, non potest tenere ista sutura. Hugo Card. in Pf. 17.

Lapis est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me. 3. 53. In lapfu notatur delectatio, in lacu consuetudo, in lapide obstinatio. Hugo Card. in Pf. 12.

Nabuchodonofori dux vitioens objecte. Vidit statuam magnam ex auro. &c. Dan. 2. 34. Levi tamen tactu lapilli tora corruit, & perit. Videt etiam arborem magnam. Dan. 4. 10. Et ecce vigili clamavit: succidite arborem. Tam statua, quam arbor, significat Nabuchodonoforem; ut interpretatur Hier. Rupert. Beda, &c. Cur ergo ad proferendam statuam lapidis jacus sufficit ad arborem detrahendam tam fortia media adhibentur? Statua tantum superficialiter tangebat terram; at arbor radicibus pro-

funde inharebat terrae: ut inde d'fcais, quod si peccator leviter fit in peccatis, facile unius vocis jactu inde movetur; at vero, si fit in inveterata consuetudine, multo fortiora media requiruntur. Sylv. addit. in Evang. Matth. 9. q. 8.

Abiit vestimentum suum de se. Jon. 3. 6. id est, peccati consuetudinem. Zach. 3. 4. Auferite vestimenta orinda ab eo. Er exit ad eum: ecce abfultu de te iniquitatem tuam. Sed quidam induunt se consuetudine prava; non sicut vestimento, quod potest auferri; sed sicut pelle sua, quae vix potest exui. Hugo Card. in Joan. 13.

Ex Novo.

Oblatus est ei demonium habens. Matth. 12. 22. Per demonium illum caecum, & surdum, significatur quivis habitus in vitiis; quem demon ducit, quod vult, habens eum captivum ad suam voluntatem; qui verba Dei aere cordis non percipit, nec gratias agit Deo. Dion. Carth. in Matth. hic.

Revertar, in domum meam, unde exivi. Matth. 12. 44. Euthym. Domum suam vocat hominem, a quo excessus est.

Ita ad vendentes, Matth. 25. 9. S. Pafchal. quid est dicitur, ita ad vendentes? nisi quia fic facere consuevit.

Haec autem ad strabim. Matth. 25. 33. Mali hadis comparantur: quia haec semper est malis in deteriora progreditur, quod magis crescit, eo durior, & quae redditur difficilior; in perfecta vero aetate non potest comedere. Talis est peccator: nam licet initio aliquam habeat cordis teneritudinem; & missam, aut concionem audiens, aliquantum compungatur; nimia tamen peccatorum assiduitate indies durior, & peior fit. Diez Dom. 4. Epiphani.

Surge, tolle lectulum tuum. Luc. 5. 24. Surge dicitur sedenti, jacenti, dormienti: Sedet autem homo per consensum, jacet per operationem, dormit per consuetudinem. Hugo Card. hic.

Plaga impostis. Luc. 10. 30. Pessima fit plaga peccati, quae consuetudine longa infect. Hinc Jeremias ait Jo. 12. in sanabitis frangituras, pessima plaga tua: quia consuetudine longa induit. Et Sapientia dicit Eccl. 10. 11. Languor prolixior gravat medicum. Sed nihil est, quod divina potentia omnino non saneat; si dispositum sanare disposuit. Et post plagam male consuetudinis peior plaga infligitur; ut etiam jaculo deperationis plagatus, vitium iterum feriat. Unde iterum Jerem. 15. 18. ait: quare felle est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari?

Quia saepe fit, ut affluens longo tempore vitii, desifficere nolit; magis vero sua exillimatione non possit. Sim. Cass. lib. 8. cap. 38.

Ecce mulier, quae habebat Spiritum infirmitatis, auis decem & o. Luc. 13. 11. Et peccatoris inveterati imago. Sunt; qui tam assidue ex consuetudine delinquent, ut videantur Spiritum infirmitatis habere. Erimpoat illi manus, ib. Vidi saepe viros, aut feminas, diu voluptatibus indulgentes, non recedentes ab improbitate, nisi DEL manu fortiter flagellante. Efcob. mir. Chr. t. 1. Obf. 1. Cur haec mulier non vocavit Christum, & non quavisit ad medico sanitatem? sicut Chananaea, corci in via, & leprosi, & multi alii? quia infirmitas inveterata despicit medicum. Mulier hac in terram respiciens figura peccatoris inveterati. Stella hic. Vehor in omnem hominem peccatorem, quem Sathanas diuturnitate temporis possedit, multiplicatione criminum, magnitudine scelorum, jure praefcriptionis. Aggravat hominum culpas, temporis longavitas in peccato. Populus meus obtutus est mei diebus innumeris. Jer. 2. 32. Nemo Dei obliviscitur, nisi amove proprio delectatus. Sed hoc gravius, quod diebus innumeris. Sim. Cass. l. 5. c. 27. v. 5.

Erat autem quidam homo ibi 38. annos habens in infirmitate sua. Jo. 5. 5. Hic miraculo speciali curatus fuit: media enim extraordinaria requiruntur, ut inveteratus peccator convertatur. Efcob. mir. Chr. t. 1. Jo. 5. v. 5. Obf. 1.

Lex avis amicus noster dormit; sed vult, ut a somno excitentur. Joan. 11. 11. Cui Discipuli: Si dormit; salvus erit; nec est timendum. Tunc Christus apertius loquitur: Lazarus mortuus est: eam ad eum. Nota Christus, cum dixit dormire Lazarum; dixit vado; cum vero mortuum, eam ad eum. Ostendit discrimen peccatoris dormientis a mortuo. Qui veluti dormiens peccavit, facile excitatur; & convertitur; at qui mortuus jacet, jam contumax est; qui consenuit in sceleribus, difficillime in vitam gratiae revocatur. Did. Nyss. D. 11. Pent. §. 4.

Lapis superpositus. Jo. 11. 38. Spelunca est ipsum peccatum; quod est profundum per desperationem vel culpa magnitudinem angustum, per conscientiam remorsum; foetidum, per pravi exempli corruptionem: clausum per consuetudinem, & obfirmatum per executionem. Thir. 3. 53. Lapis est in lacum vita mea posuerunt lapidem super me. Hugo Card. in Jo. hic.

Quadrifidus est. Jo. 11. 39. Liberat & de mala consuetudine Dominus quadrifidus mortuos. S. Aug. f. 44. de Verb. Dom. Est genus mortis immane; mala consuetudo appellatur. Aliud est

Consuetudo mala difficulter curatur.

Sententia id afferunt.

Non poteris servire Domino etc. Ioh. 24. 19. Vide superius hoc titulo §. 2. sub initium.

Viri sanguinum, & desolati, non dimidiabant dies suos. Psal. 54. 24. Ideo, non ponent dimidium vite sue in cultura vitiorum, alteram dimidium in amore virtutum; sed eorum necessitas. Hæc enim est dimidium vite eorum: similis erit per omnia priorum, scilicet iuventuti. S. Greg. l. 5. mor. c. 28. Iniqui dies suos nequam dividunt: quia pervertam mentem neque in extremo vite tempore immutant. Baena l. 3. cap. 7. §. 8.

Operis in furore. Thr. 3. 43. Adjutorium iuste aufertur ab illis, qui & multa de preteritis aggregata non plangunt; & insuper & nova veteribus addentes, pium iudicem ad iracundiam provocant, & quotidie delinquendo inexorabilem reddunt. S. Palsch. hic.

Vos estis saltera. Matth. 5. 13. Vae illi, cuius in corde peccatum consistit. Hoc ut tollatur, absoluta potestate Salvatoris extraordinaria opus habet. Sed non medetur putridis, & jam corruptis rebus. Sic peccatum, præ fenio putridum, in hominis mente fugit ordinariam medellam. Baena l. 3. cap. 7. §. 8.

Fatum est prolium magnum in celo etc. Apoc. 12. 7. proleptus est draco, ille magnus, serpens antiquus, v. 9. Egrediamur virtutum expugnator; facile in conubilis. Ex. 7. 12. devoravit virga Aaron virgas eorum. Unica Aaronis virga in tor serpentes audeat intrepide; vincique gloriose: quando Michael fortitudine armatus Socios auxiliares advocat, ut unicum draconem vincat. Ad Michael antiquum serpentem depulit. Naxera in Ioh. 22. §. 15.

Ubi tadebat cadere, libet jacere. S. Greg. l. 2. in Ezech. Omne peccatum consuetudinis vilescit, & sic homini, quasi nullum sit. Obdurat jam, dolorem perdidit, & valde putre est; sed pro mortuo computandum est. Quando aliquid pungitur, & dolet; aut sanum est; aut est in illo spes aliqua sanitatis. Quando autem tangitur, pungitur, calcatur, & non dolet; pro mortuo habendum; ac de corpore præcedendum. S. Aug. f. Dom. 4. Adv. de Castillo III. 133.

Habet hoc infelix consuetudo peccandi: ut, quantum amplius peccaverit, tanto minus peccata ipsa intelligat; & tanto plus peccare delectet. Euseb. Emill. hom. 5. ad Monachos. A delicto discedere volo, nec valeo: quæro à lapsu resurgere; & non valeo usui repugnare: Longa consuetudo in me vim sibi fecit, & legem. Volo agere bonum; sed desideria consueta non sinit. S. Isidor. l. 1. Soliloq.

Magnus utique labor consueta deserere, & inoltarum cognitionum, vel cogitationum, infama in imo relinquere; & alta persequutione de terrenis ad cœlestia evolare. Rich. à S. Vict. de arca myst. c. 13.

In omni re difficilis est, quæ expugnetur, consuetudo: quoniam, citius multam, ad attrahendum in se animum, afficiendumque, vim obtineat; dum in eo valet, ut aliquam honestè opinionem afferat. S. Greg. Nyss. l. de Virgin. c. 9.

Verus potestatus iustitiam est: qui non afficitur virtuti, dum juvenescit; à virtute necesse desistere; quando senescit. S. Vinc. Ferr. serm. in Septuag.

Inolita cuiuslibet vitii consuetudo, licet omni studio ab animi penetrabilibus sit repulsa; assidit tamen serpe; & quasi præforibus, importuna; & vel lambere summo tenus nititur, si mordicus apprehendere prohibetur. B. Petr. Dam. l. 5. ep. 2.

Exempla Biblica.

In mentem nobis veniant cucurites. Num. 11. 5. & Num. 21. 5. anima nostra jam naufragat super cibo isto levissimo. Cur manna fastidiunt, & allia appetunt? S. Chryl. hom. 3. de penit. manna comedebant Judæi, & cœpæ de Ægypto quærebant, consuetudine ducti. Aded turpis est res consuetudo pessima, quæ nec statim potest abijci, nec tempore brevi.

Salomon prius regem Ifraelis inveniit idola in Iudæam; quæ deinde in eadem durarunt per 300. annos, usque ad Josiam regem, quæ sustulit. Quam tardè extirpantur scelera semel radicata. 4. Reg. 23. per totum. Corn. in Ecclesiasten. c. 1. 2. Quæres: an Salomon sit damnatus? an Salvaus? Damnum cœnent Tertull. Cypr. Aug. Chryl. Beda. Rabanus, Isidor. Lyr. Abul. Ratio. I. Quia scriptura commemorans ejus lapsum tam gravem, non adijcit ejus penitentiam; sicut in lapsu Davidis. II. Quia sua delubra, idolis adificata, non destruxit. III. Quia ad hoc Deus videtur Salomonem cumulasse omnibus bonis, ut ejus merita remuneraretur in hac vita, & scelera puniret in futura. IV. Quia amor ardens fornicationum longa consuetudine roboratus, pene est insuperabilis. Huc facit, quod ante paucos annos in Italia unè nostra Societate consistit. Vocatur ille, ut concubinario cuidam in morte adesset. Adhuc, & totis viribus eum ad penitentiam hortatus est, ut amoribus illicitis valediceret; nunc blandien-

Titulus XXXI. Consuetudo.

diendo, nunc mirando instans Dei iudicium & gehennam. Sed & concubina rogabat eum, ut penitenter, & moriendo animæ salutem consulere. Omnia frustra: ille enim dixit: se nec vellem amicum tam diu dilectam abdicare. Quare imponentis mortuus. Corn. in 3. Reg. 11. v. 13.

Per diem solemnem consuevit Praeses populo dimittere unum vinclum. Matth. 27. 15.

Per diem festum solebat dimittere. Marc. 15. 6. Necessè autem habebat dimittere eis etc. Luc. 23. 17. Qui consuevit, & solet, demum necesse debet agere, quod diu male egit. Did. Nyss. tit. Abrah. l. 8. c. 5. consuetudinis vis.

Mitte Lazarum. Luc. 16. 24. S. Chryl. ser. 122. Adhuc divitem malitia non deserit, quem jam possederat poenas; qui non se ad Lazarum vult deduci. q. d. Viro huic sollempne fuit aspernari, ac dedignari Lazarum, tamquam pauperem; idcirco nunc quoque agit, quod olim facitabat. Did. Nyss. ser. 3. d. i. Quadr. §. 4. Pater dimittit illis, non enim scimus, quid faciam. Luc. 23. 34. Quare Christus, in quo erat omnis potestas dimittendi peccata; & alias frequenter unico verbo dimiserat quæ hic pro venia recurrit ad Patrem? ignorancia enim illorum non fuit sine culpa; quia à duraturna consuetudine Christum persequendi processit. Ita Arnold. Carnor. tr. de verbo illo, dimittit illis: Uique adeo in hoc malo voluntarii, ut voluntas consuetudinem, & consuetudo faceret necessitatem; necessitas verò usque ad illam vecordiam impulerat, ut nesciret, quid faceret. Quia ergo tam dura consuetudo, recurrit ad Patrem, cui omnipotentia adscribitur.

Fide hic Paulus Dei miracula ab orbe condito; & post longum catalogum, augustinus perficiens ascensum, ait: Fide Rabab etc. Quale hoc miraculum, non perissem cum in incredulis? Si jam ad coram cœtu recesserat? Ingens miraculum est, meretricem, prava consuetudine affectam, non perissem? Si Apollolus Fidei ostenderet potentiam; hæc, quæ impudicè magnam vite partem transigerat, salutem, ait, est consecuta, Efcob. 5. proph. Ch. fect. 2. Obf. 1.

Exempla historica.

Quidam nomine Pristinus, cum in carcere pro Fide teneretur, plus epulis, quibus assuetus fuerat, quam lacrymis indulgebat: imò ipso summo diluculo, quo ad tribunal sitendus erat. Vix prima martyri tentamenta subierat, vix ungulas viderat: ecce tibi non Christi martyr, sed Bacchi nyctes, Fidem deseruit, Christum abjurat. Delicis assuetus aspera non est pallus: ad illas reverti; & in castris intemperantia pugnatur miles, non martyrii corona; sed hedera redimitus, inauguratur, Bacchoque dicatur. Tertull. lib. adv. Pŷchicos.

Suprabam ligatus non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus; & inde mihi carum fecerat, & constrinxerat me: quippe ex voluntate perverti facta est libido; & dum servitur libidini, facta est consuetudo; & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Quibus quasi anulus quibusdam sibi inhexis (unde carcerem appellavi) tenebat me obstrictum dura servitus. Voluntas autem nova, quæ mihi esse coeperat, utte gratis colerem, fruique te vellem, Deus sola certa iucunditas! nondum erat idonea ad superandum priorem, vetustate roboratum. Itaque voluntates meæ, una vetus, alia nova; illa carnalis, ista spiritalis, conſigebant inter se; atque discordando distipabant animam meam. S. Augustin. lib. 8. Confess. cap. 5.

S. I V.

Motiva malam consuetudinem vitandi, & vincendi.

Ex Veteri, & Novo.

Cum Josue pronissæ terræ sortes divideret, tribui Judæ, præ aliis bellicosæ, meridionalen partem admittit. Jos. 15. 1. Cur Judæ tribus hac præ alijs parte locata? Lyræ putat, partem illam proximiorè Ægypti, quorum jugo diu Israel subiectus; & nec iterum faciliè Ægypti invenirent adiutum. Quæ quis aut vitis impetitus, aut subiectus; ea parte præcipuum in vigilare debet armatus. Naxera in Jos. 15. §. 12.

Manum meam ponam super os meum etc. Job 39. 34. Cur non super alia membra? oculos &c. Jam cum oculis suavis percussisset Job 31. 1. nè de virgine cogitaret: ac lingua inveniebatur tantisper arata; & reprehensibilis: ibi ergo præcipuum ponit custodiam; quia ibi aliquam leniter culpam. Creditur faciliorem linguæ lapsum, utpote aliquam jam maculata defectus quasi de macula manſerit debilitata, & obnoxia relapsi. Id. ib.

Prolongavimus iniquitatem suam, Dominus iustus concidit cervicem eorum. Ps. 128. 3. S. Zeno serm. hic. Iustus Dominus, patiens, scilicet in ultione; diffimulator ad penitentiam: tunc cervicem concidit, cum peccata in longum extenduntur, cum jam totum patientis misericordie tempus ex-

Nè impiè agas multum, & noli esse stultus; nè moriaris in tempore non tuo. Eccl. 7. 18. An quis reperitur, qui in tempore non suo moritur? Job 14. 5. Conſtituit Deus unicuique homini terminum, quem prætere non potest. Dicere ad intentum, inquit Franc. Quæverimus tomo 1. de sanctiff. Chr. vulneribus: Peccata multiplicentem se exponere periculo moriendi in tempore non suo: non quia tempus vite mortis non sit proprium, ac suum: sed quia illo non poterit uti in suum commodum, & salutem. Si Dominus quisquam pacifatur cum servo suo, ut partem diei impendat suis obsequiis, partem alteram in suam commoditatem dispenſet: tempore quo Dominus operatur, tempus Domini est; quo sibi, suum. Totum vite nostre tempus usque ad mortem reliquit Dominus nosſer homini, ad operandum pro sua salute. Exhibit homo ad opus suum, & ad operationem suam, usque ad vespertim. Ps. 103. 23. Incerto Authore.

Va, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. II. 5. 18. S. Hier. nec plangit eos, qui peccata cœperint, statimque desierint; sed qui longo funiculo peccata protraxerunt. Punit Deus graviter peccata iterata, & continuata: non enim tam malum est peccare, quam in peccatis permanere. Chryl. hom. 80. ad pop.

Voca nomen eius Abſque misericordia. Of. 1. 6. His verbis minatur Deus Samaritanis extremum excidium. Conſtat tamen Deibonitas in Judam v. 7. & domus Juda miserabilis. Nec fides promissis defuit. 4. Reg. 17. 25. &c. Ratio: Samaritanes vitissimum veterum à se Deum profus ablegavit; Judæus aliquando coluit, in sub regum cura, David, Ezechia, Josaphat. Velloſo in Iudith c. 5. Par. 20.

Hæc eo (Iosepho) cogitant; v. 1. Angelus Dominus apparuit in somnis, Matth. 1. 20. S. Hier. ep. ad Demetriadem, ubi te maxime oportet observare peccatum, ubi nati solis; statimque ad primam repugnare tentationis faciem; & in medium, antequam exerceat, extingere. Neque enim expectandum est augmentum ejus rei, quæ timeri debet à parvo; & quæ tantò facilius vincitur, quanto citius repugnatur. Cassiod. l. 5. ep. 38. admonet nos formarum cura præcipua; ut, quæ postulant noxiæ creſcere, debeamus celeriter amputare; nam, quæ nunc virgula sunt; erunt, si negligantur, & robora: ista enim, quæ modò faciliè avulſioni, postea vix securus succumbunt. Vide pluram tit. Relapsus.

Hæc autem iustitia suar dolorum. Matth. 24. 8. Hæc Dominus subiunxit, postquam multa iustorum mala recensit. Juxta. Orig. tr. 28. in Math. Senſus est: nemo est, qui in hoc fœculo non multa patiat; iustus, & iniustus; sed eo discrimine: quòd iusti initia dolorum patiuntur, iniusti etiam finem sine fine: quia poena peccatis respoudeat. Iusti initia tantum peccatorum admittunt, quia peccatorum seriem abſcindunt; nec diutius patiuntur se peccato detineri; hinc etiam initia tantum dolorum patiuntur. At verò impij peccata in longum usum trahunt, & in fines ipsorum peccatorum perducuntur: unde etiam fines pœnarum patiuntur, id est, mala sine fine. Pina in Eccel. Ethol. 63.

Abſtulerit tibi dico, surge Luc. 7. 14. Existimat. S. Aug. l. 44. de Verb. Dom. Vidua filium, peccatorum signare, opere quidem delinquentem; sed nondum prave consuetudinis sepulchro addictum. S. Chryl. hom. 22. ad pop. Si purum habes vestimentum, caves, nè pessumdes omnino, nè quo modo fordidetur. Si primam, secundam, & tertiam, contempseris maculam; jam velut fordium habes vestimentum: nec grave videtur, licet totum fiat lutum. 2. Reg. 12. 4. cum autem peregrinus quidam venisset ad divitem etc. Cur peccatum Davidis peregrinus, seu hospes, vocatur? quia quasi per transitum apud Davidem commoratus fuit. Efcob. 1. 1. mir. Chr. fect. 5. obf. 3.

Ipsa die. Luc. 24. 13. Male citò affer remedium. Ipsa die, qua in animis tritium Discipulorum subnata diffidentia cœpit, Salvator animarum medicus accurrit, ut agriudicium curaret. Docuit, ut simul atque ex terra cordium nostrorum lolium emergit, demettere cœrem; nè radices diuiculis neque glectum agat, ut posthac nequeat extirpari. Did. Nyss. ser. 2. D. Refurr.

Ex Patribus, & aliis.

Longa vitiorum consuetudo magnam afferit cœcitatem animæ, & amentes efficit; & prespicaces oculos intelligentiæ eruit. S. Chryl. in Pl. 49.

Qui diu male vivendo, usque ad extremum vite, sine penitentia perseverant, tales duodecim pericula, digno Dei iudicio, incurunt: ex quibus difficultissimum, & quasi impossibile est, animam evadere cum salute. Primum periculum est passionum alteratio: adeff enim maximum dolor, & cruciatus; vel maximum timor; vel quandoque uterque simul. Et utraque passio vehementer nata est, impedire liberum arbitrium, & usum liberæ rationis; & voluntatis. Tantus aliquando sensitivus dolor opprimit; quòd vix homo aliud cogitare valet. Patet hoc per exemplum: fit, qui habet dilectissimum filium suum præ oculis suis, ad motum horribilem præparatus, viciniamque habet infirmum, de cuius

ius incommo- nihil, vel modicam, cogitat, nec etiam ante oculos suos habet. Quid mirum? si dilectum filium, quem ante oculos suos tenet, recogitat; & infirmi obliuiscitur, quem non videt, nec diligit multum. Sic in proposito sensualis appetitus, & carnalis amor, est filius dilectus; quem peccator cruciatum in tormentis ante oculos suos habet. Absens vicinus, modicum quidem dilectus est ipse Deus, seu proprius spiritus; cuius peccator obliuiscitur, dum angustiantur dolore, & timore, comprimitur. Secundum periculum est: quoddam huiusmodi peccatores in terribili bello mortis inermes sint: quia charitate, & ceteris virtutibus, sunt privati. Tertium periculum est, quia mali habitus, & consuetudines peccatorum, ne penitere valeant, retinent peccatorem. Lana etiam iacens in tinctura discitelle potest in colorem album reduci. Manus insuper; quas recentes nubes tinxerunt, non parvo labore purgantur. Populus Israel, quia diu captivus fuerat sub Pharaonica servitute, ab ea difficulter liberatus est. Quartum periculum: quia tunc maxime fortius, quam unquam fecerat antea, a demonibus impugnantur. Si igitur peccator non potuit impias tentationes tolerare, quin caderet, quando erat sanus; quomodo graviores tolerabit, quando erit infirmus? Deridendus utique foret; qui, dum juvenis est, & fortis; dicit se pugnare non posse; deum cum factus est ita debilis, & infirmus, quod se movere non potest, petit campum certaminis ingredi, armaque sibi postulat dari &c. Vide plura ad Sanct. Bernardinum tom. 1. serm. 13. qui est de 12. periculis, quae superveniunt peccatoribus in ultimo fine.

## §. V.

Media à mala consuetudine abstinenti.

NE procedas ulterius; & finem habebunt, quaecumque ad malitiam pertinent. Et si biduum hoc praestiteris, tertio die facilius abstinerebis: & post triduum adde decem quoque dies; deinde viginti, post centum; atque ita vitam omnem: quanto liquidem ascenderit altius, eo faciliorem senties viam. Sanct. Chryf. l. 10. in cap. 6. ep. S. Pauli ad Rom.

Primum contra consuetudinem malam est remedium praevisionis: ut scilicet in sua novitate, & maxime in juventute, consuetudo mala tollatur. Consuetudo nova de facili immutatur; antiqua vero difficillime, non numquam; nisi cum divino quasi miraculo, amovetur. Sanct. Bernardinus t. 1. f. 21. art. 3.

## §. VI.

Consuetudine Mundi non sequere.

Motiva.

Ex Veteri, & Novo.

NON sequeris turbam ad faciendum malum; nec in iudicio, plurimorum acquiesces sententia, ut à vero devies. Exod. 23. 2. Oleast. hic: arbitrantur multi Iudices, & Confessarii se à peccatis immunes, cum viderint alios in malo se praecessisse. *Qui infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror?* 2. Cor. 11. 29. non dicit, & ego non scandalizor. Io. Clunia. ser. 2. Dom. Sexages. prudenter sociat se Apostolus infirmitati alienae; & non scandalo; sed dicit, quod uritur, quando alius scandalizatur. Ratio huius est: quia homo cupidus lucri libenter se sociat lucro, & non damno.

Regulamque auream quinquaginta scilorum. Jos. 7. 21. Quid significat, quod Josue Achan ad mortem condemnet; eo quod regulam auream ex Jericho furatus fuerit? nisi praecipere Deum, ut moriatur, & in inferno sepeliatur; qui regulam, & mores depravatos mundi observaverit. Unde merito Paulus Rom. 12. 2. *volite conformari huic saeculo.* Sequimini regulam Christi, non Mundi. Diez sequela Christi.

Tamquam prodigium factus sum multis. Psalm. 70. 7. Prodigium in hoc saeculo sit Fidelis, quando alia sectatur, quam potest amare peccantium multitudo. Querunt illi divitias, iste pauperiem: querunt illi opulationes, iste jejunia; querunt denique illi gaudia, iste tristitiam. Cassiodor. hic.

Si ignoras te - ubi post vestigia gregum. Cant. 1. 7. Qui non ex ipsis rebus discernit id, quod bonum est, ab eo, quod malum est; sed sequens vestigia eorum, qui praecesserunt; praeterit vitae consuetudinem adhaesit sibi pro vitae magistra; saepe fallitur tempore discretionis, & imprudens haec pro ove efficitur. *Oves mea vocem meam audiant.* Si te cognoscas d. pulchra inter mulieres, utrum mundum despicias; & ad materiam experte bonum perpetuo intuens, contemnes errorem eorum, qui in hac vita sunt, vestigiorum. S. Greg. Nyss. hom. 3. in Cant. hic.

Deinde interveniente tempore, convalescente iniqua consuetudine, hic error, tamquam levis, custoditus est. Sap. 14. 16. Scilicet ab impiis: nam pii sciunt, impiam consuetudinem nunquam

prescribere, nec ulla temporum longitudine roborari, ut vix cent leges obtineant. Corn. hic.

Volite conformari huic saeculo. Rom. 12. 2. Scilicet, ut explicat S. Thom. per affectum amore inhaerens rebus temporalibus; & per imitationem viventium saeculariter. Fernandus in Gen. 1. vers. 16.

Nulla consuetudo antiqua, mos firmatus, longævus usus, praescribere potest antiquissimae veritati, & aeternae rationi. Vx, qui confundunt in lege male agentis multitudinis; Nam in tantum sunt graviora peccata, & ad removendum difficiliora; in quantum talibus legibus se ipsorum tuentur auctores. Sim. de Cass. l. 8. cap. 37.

Nihil magis praestandum est, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem; pergentes, non quod eundem est; sed quod iter, non ad rationem; sed ad similitudinem vivimus; inde ista tanta conservatio aliorum supra alios mentium. Seneca l. de vita beata cap. 1. Queramus, quid optime factum sit, non quid usitatissimum. Id. ib.

Exempla non sequentium.

Reges bello captos nefas occidere apud Nationes habebatur; Josue tamen Reges saepe ignobiliori supplicio exinxit. Abul. q. 1. licet in pugna quibusdam Nationibus nefas habebatur reges occidere, si capi possunt: Iudaei tamen occidebant illos; qui praecipuum erat illis, quod occiderent omnes. 1. Reg. 12. 1. Naxera in Jos. 12. §. 12.

Solus Marasochus non servavit genus, nec adorabat. eum. Eith. 3. 2. Interrogatus, cur non servaret regis statuum? dixit: *non est esse iustitiam.* v. 4.

Confitemur nobis regem, ut indicet nos, sicut & universa habent Nationes. 1. Reg. 8. 5. Plurimum consuetudinem sequi voluerunt, sed grandi suo malo. *Non te abjecerunt, sed me, ne regem super eos.* v. 7.

Exempla male sequentium.

Non est in loco nostro consuetudinis. Ec. 29. 26. Deliquit Laban filium produens in stuprum ei, quem sciebat non esse maritum. Escob. t. 2. perfec. Chr. obs. 2.

Non querimus, utrum sit factum; sed utrum fuerit faciendum? sana quippe ratio etiam exemplis anteponenda est. S. Aug. l. 1. de Civ. Dei.

Accipitis viderentur supervenientes Spiritus sancti. in vos. Act. 1. 8. Tertull. l. de virg. vel: hic erit solus à Christo magister dicendus; & venerandus: hunc qui receperunt, veritatem consuetudini anteponunt.

## TITULUS XXXII.

## CONTRARIA

Amicè junctae.

Ex Veteri, & Novo.

Quidquid maluliculi formis motum fuerit, nisi flumen proiciat. Ex. 1. 22. Hoc mirabile est, quod non per ea, quae videntur securitatis esse; sed plane per contraria, omnia pro nobis sunt. Et ut dicas: iussit Pharaon in flumen projecit pueros. Nisi projecti fuissent pueri, non fuisset servatus Moyses; non in aula educatus fuisset. Quando servabatur, non erat in honore; quando expositus est, tunc factus est in honore. Hoc faciebat Deus, declarans suam omnipotentiam; ac sapientiam; quam facile ei sit servare. S. Chryfost. hom. 54. in Acta Apostol.

Ignis in rubo. Ex. 32. est tribulatio in homine sancto, humili, & mortificato; talem enim non urit, non laedit; sed illustrat. Scribit Philo in vita Moysis: per Dei potentiam rubum incorruptibilem factum in medio ignis; imò acsi fonte desuper manante rigaretur, viridissimum visum. Hæc esse enim, inquit Chryfost. omnipotentie Dei vis, ut per contraria operentur contraria; scilicet calorem per aquam, frigus, per ignem. Corn. hic.

Vocatus autem Pharaon maleficus, & fecerunt etiam ipsi per incantationes - quadam similitur. Ex. 7. 11. Mendacium vel suis tenebris, novam offert lucem veritati; sicut non adjuvat ad astra videnda. S. Chryf. hom. 4. de laudibus Pauli, extollit providentiam Dei, quæ tempore Prophetarum pseudo prophetas esse permittit; & tempore Apostolorum falsos Apostolos, horum enim mendacia illorum veritatem magis illustrent fecerunt. Sic Ægyptiorum incantationes illustriora reddiderunt vera Moysis miracula. Pinna in Eccl. c. 4. Ethol. 54.

Columna Hebræorum ductrix per desertum. Ex. 13. 21. lucem, & tenebras, habuit adjunctas. Noctæ sexcentorum milium exercitui prælucebat; per diem ita obscura, ut pro umbra- brulo esset. Unam portò eandemque fuisse columnam; observant Pierius, Tostatus, Cornelius. Dies item & nox, eidem aeris infedit, teste Theodoro Ancreano in Ephesino Concilio. Verba ejus quomodo lumen in Ægypto facta sunt tenebræ, non extinctio luminis; sed manente, quod erat? dies enim Israelitis erat, & clarum eos circumfulgebat, lu- men;

## Titulus XXXII. Contraria.

men; Ægyptiis autem hoc lumen factæ sunt tenebræ. Et cum unum esset, quod videbatur lumen; erat simul & tenebræ; neque ex hoc mutatum, & aliud factum. Lud. de Ponte de perfect. hom. Chr. t. 1. tr. 3. c. 3. Eadem nubes tabernaculum ipsius interdiu erat, ac radorum folis molestiam prohibebat; nocte autem ignea effecta luminis usum ipsis subministrabat. S. Chryf. in Pl. 104.

Offendit ei lignum. Ex. 15. 25. Apparet, hoc certum ligni genus fuisse; arcana, & mirifica vi dulcorandi, præditum; præsertim si copiose aquis inspergeretur. Vis fuit naturalis: si enim una gutta olei, vitrioli, vel sulphuris, integrum vitrum aquæ, acore, & sapore, suo inficit; quidni idem facere poterit in dulcorandis aquis hoc lignum efficacissimæ virtutis. Licet R. Salomon, & ex eo Abulenensis, secus sentiant, hoc lignum fuisse amarum, & mortiferum; quod Deus voluit adhibere ad dulcorandum aquas: ut eo majus esset miraculum, quo amaritudo ejus dulcor magis est contraria; itaque expressio esset typus Crucis, Passionis Christi amarissimi. Corn. hic.

Misit in illum sal, 4. Reg. 20. Cùm nihil sit, quod aquas magis reddat amaras, & impotabiles, quam sal, ut ex aquis marinis est manifestum; tamen Elifeus, immisso in amaras aquas sale, dulces, potabilesque effecit. De Ponte supra cit.

Deiducit eis in nubes dicit. Psalm. 77. 14. Nubes ipsa interdiu solis molestiam repellebat, nocte vero ignis usum præbebat. B. Theodoret. hic.

Ægyptiis Executus usque ad noctem. II. 38. 1. Aquila, Symmachus, teste Sanct. Hier. morbum regium dixere. Juste autem Ithas, ut Scriptura testatur, ut fumerent massam de ficis, & cataplasma super vulnus. Morbo autem regio, ait Hieron. contraria putarim vel sumpta in cibo, vel apposita corpori, quaecumque sunt dulcia. Ergo, ut Dei omnipotentiam demonstraret, per res noxias, & contrarias, sanitas restituta est. De Ponte cit. Sanct. Chryf. in Psalm. 148. Postquam miratur alia opera Dei. Immo vero unicus saepe iustus ea perfecit, quæ sunt: suapte natura contraria; quemadmodum in fornace Babylonica ignis, & urens, & irrorans, simul factus est.

Expuit in terram, & fecit lucum. Jos. 9. 6. & sic sanavit cœcum cum alioquin luto oculi excecetur.

Ex Patribus, & aliis.

Sicut contraria contrariis opposita, sermonibus pulchritudinem reddunt; ita quadam non verborum, sed rerum, eloquentia, contrariorum oppositio, sæculi pulchritudo componitur. S. Aug. de Civ. Dei l. 11. c. 18.

Palea sic friget, ut succedere nivem non sinat, sic calat, ut maturescere poma compellat. Id. ib. l. 21. c. 7.

Idem S. Aug. l. 11. de Civ. c. 22. & lib. de Gen. ad lit. cap. 17. docet: animalia quæque noxia plura hominis afferre commoda: quia ipsum; inquit, aut penaler lædunt, aut salubriter exercent, aut utiliter probant.

Ex quatuor elementis hoc totum consistit inter se contrariis, & pugnantibus; & alterum alterum non consumpsit. Unde manifestum est, quod virtus quadam invisibilis hæc cohibet; & vinculum est Dei voluntas. Sanct. Chryf. hom. 10. ad pop. Antioch.

Neque fulgure est quidquam magis igneum; neque aquis est aliquid frigidius: ex tamen miscetur; nec confunduntur; neque contemperantur; sed unaqueque conservat fines suos. Mansens enim ignis in aqua, & aqua in igne, magis hæc illum excitat, nec illa eum extinguit. S. Chryf. in Pl. 134.

Sal est in se uno continens aquæ, & ignis, elementum; & hoc ex duobus est unum. S. Hier. can. 4. in Matth.

Tenebris lux contraria est; amaritudini dulces, & vigilia somno. Qui creavit hæc omnia, nihil reliquit, cui non adjuverit contrarium. S. Ephrem de morbo lingue.

Quis in his, quæ contraria sunt, & dissimilia; æqualem, ac dissimilem, ordinem perici attendit; nec continuo cogitat, unam esse virtutem, quæ ista distinguit, atque disponat. Numquam, quæ sibi per naturam contraria sunt, & repugnantia, in unum per seipsa coirent; nisi præstantior esset, ac Dominus, qui illa conjungit. Sanct. Athanas. lib. contra Gentiles.

Nihil obistere divine gratiæ potest, quod minus id, quod voluerit, impletur: dum etiam discordiæ ad unitatem trahunt, & plagæ in remedia vertuntur: ut Ecclesia, unde metuit periculum, inde sumat augmentum. S. Prosper de voc. Gent. l. 2. c. 33.

In bonis, disponente Deo, id agitur; ut unde in eis extingueretur videbatur, inde in eis amoris ardor acrius inflammaretur. Quanto enim Mundi malis acerbius urgerent, quanto gravioribus flagellis atteruntur; tanto ad Dei amorem vehementius accenduntur. Mirare, obsecro, mirare, & vehementer obstupescere; vel quomodo in malis amor Dei deficiat ex beneficio; vel qualiter in bonis dilectio Dei crescat ex flagello. Et quod adhuc est majus, & multò mirabilius: plus fortasse in Martyre amoris flamma convulvit,

ex tam acerba poena; quam potuisset ex qualibet, & quantalibet temporalis gloria. Vide, quomodo, tale consilium; tam mirandum artificium; Vides, quomodo summus ille artifex peritiam suæ artis ostendit; qui in Electis suis contraria ex contrariis gignit, fovet, & nutrit. Rich. à S. Viç. de Arca myf. l. 2. c. 24.

Semel dixit DEUS, Gen. 2. 6. *fat firmamentum in medio aquarum*; & permansit, neque deinceps cecidit. Aqua est cœlum, & igneus in illo sol, & luna, & sidera. Et quomodo ignea in Aqua currunt? Quis non admittetur aspiciens solis machinam! quam parvum vas illud apparet; & quam magnam continet virtutem! In oriente apparet, & usque ad occidentem lumen emittit; cujus matutinos ortus describens Psaltes ait: *Et ipse rursus procedens de solano suo*, Pl. 18. 6. S. Cyrill. Jerol. Catech. 9.

Mirum est, quod in illa servitute naturæ pervicacia mistas ignibus nives profert; & licet vastis excludat incendiis, apicis canities perpetua brumalem detinet fradem. Julius Solinus c. 11. de Aethia.

Plinius l. 29. c. 4. scribit: Varronem prociidit, aspidum ictus efficacissime curari hausta à percussis ipsarum urina, addique: constat, contra omnium serpentium ictus quamvis insanabiles, ipsarum serpentium extra imposita auxilium; eoque, qui aliquando viperæ jecur coctum hauserint, nunquam postea ferri à serpente.

Ut rosa sit odorifera, hinc inde confrenda ei esse allia; quorum acrimonia, & caliditate, excitetur, & acuantur rosæ vires, scribit in Geographicis Didymus l. 2. de nat. plant.

In exortu fulguris est nube S. Chryf. eandem ignis, & aquæ, consociationem suspicet, expendens illud: *fulgura in pluviam fecit*. Pl. 134. 7.

Fontem ad Grationopolim confeximus ipsi, in quo ignis admixtus; citra alterius noxam, & oculis, & manibus atrectantes. Raymundus.

Hyemem, & aestatem, incredibile propè spectaculo, conspiciari licet in arboribus Pervanis, media parte virentibus, ac fructibus plenis; altera dimidia parte horridis. Josephus à Coela l. 4. hist. c. 32.

## TITULUS XXXIII.

## CONTRITIO DE PECCATIS.

§. I.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

Carbones succenti sunt ab eo. Psalm. 17. 9. nec tantum succenti; sed & in gemmas divinitus conversi. Sic legitur, S. Vincent. Ferr. duos reos, dum ad supplicium ducerentur; sua exhortatione ad tantum dolorem excitavit; ut facies eorum in carbonem quasi versæ fuerint, itaque expiravit. Corn. in II. 6. vers. 6.

Ibi dolores, ut parturientis. Pl. 47. v. 7. Quid fuit dolores ut parturientis, nisi dolores poenitentis? vide ipsam conceptionem doloris, & parturitionis: à timore tuo, inquit II. 26. 18. *concepimus; & quasi parturivimus & peperimus spiritum*. Sic ergo concepunt reges à timore Christi; ut parturiedo salutem parentem, credendo in eum, quem timentur. Ubi parturientem audis, fortum expecta. Parturit verus homo; sed nascitur novus homo: *ibi dolores ut parturientis*. S. Aug. hic.

Potasti nos vino compunctionis. Psalm. 59. 5. Vinum, semper emittendo faces, se purgat; & semper est in motu, & tremore, donec separetur purum ab impuro. Sic compunctus semper est in metu, & tremore; donec separetur ab eo munditia peccati. Geminiani l. 9. simil. c. 11.

Inebriatio te lacryma mea. II. 16. 9. Inebriatur Sancti lacrymis compunctionis. S. Thom. hic.

Lacrum unigeniti fac tibi pluviam amarum. Jer. 6. 26. Amaro quidem luctu configitur cor mulieris, cum unicum filium perdit: quanto magis homo, qui solū unicum spiritum habet, pro quo alterum nequaquam ponere potest, amaro lacru lacrymarum debet; quem utique perdit, cum mortaliter Deum offendit. S. Bern. t. 1. l. 12.

Non invenerunt ignem, sed aquam crassam. 2. Machab. 1. 20. Audivimus antè, quia aqua pro igne reperta est: nunc è contrario dicitur; quia per asperionem aquæ ignis magnus accensus est. Ergo & ex igne aqua nascitur, & ex aqua ignis invicem procreatur. Ex igne divini amoris gratia compunctionis oritur, & rursus ex compunctione lacrymarum desiderii cœlestis ardor augetur; alterum siquidem pendet ex altero, & sibi met utrumque invicem præstat, dum & ex amore Dei lacrymarum compunctio proficit; & rursus per lacrymas Dam. opusc. 13. c. 13.

Pedes ejus unguentis unguentur. Luc. 7. 38. Pedes unguinis Salvatoris, cum de peccatis compungimur. S. Bern. in festo S. Magd. Per

Per Benjamin, Apoc. 7. 8. qui doloris, aut dei, aut dextera, filium significat, eos accipere possumus, qui per cordis dolorem servaverunt. S. Andreas Cesar. Ep. f. 7. in c. 7. Apoc. Cornu, sine file durissimus, contusus. Lem. *Contritum nive candidius.*  
 Amotis genius in fornace è pulvere vitrum purum constat, Lem. *Puro decore omnis ab igne est.*  
*Charitas aperit multitudinem peccatorum.* 1. Petri 4. 8.  
*Nullo se licet arrior profunden.*  
*Sis umbra similis tenebrosos.*  
*Euligo mera sis, mersique sumus.*  
*Totus ut niteas, micisque tetus,*  
*Caelo purior albicante caelo,*  
*Non aqua puer indiget, sed igne.*  
*Ignem si fugias, fugis decorem.*  
*Sape diem tacitis, nollemque implere querelis*  
*Me meus erepto iussit amore dolor.*  
*Succine, dicebam, sic vos in sceptris reponis?*  
*Sic facis abhorris mentibus esse pares?*  
*Ab nimis à prima collectus origo pulvis*  
*Pulverea genitos esse fatetur homo?*  
*Pulvis eras, pulvisque manes mortalis, & ish*  
*Nec quoque, non ipse pulvis, & umbra fumus.*  
*Ignem lutum sit agere, xirum, ferrumque sic aurum?*  
*Sed fieri caelum hoc corpus amore potest.*  
*Et fieri mens ipsa Deus. In amore venias*  
*Vivere? Nec caelum, nec Deus esse potes.*

Guilielmus Hestus.

Per virgam Moysi petra dedit aquam. Petra hæc est, cor durum hominis: hoc enim si percutitur timore, & amore deo, statim effluunt lacrymæ contritionis, & penitentiae. Nullus sic indignus, nullus sic malus; si vertit se ad me, si passionem meam intime cogitat, si potentiam meam attendit, si bonitatem perpendit; quod non fluant ora ejus lacrymis, & omnia membra ejus ad devotionem excitentur. l. 1. Rev. S. Brig. c. 35.

§. II.

Contritio.

Motiva intrinseca.

Ex Veteri, Novo, & Patribus.

**Q**uis mihi tribuat, ut sim iuxta mentes fratrum? Job 29. 2. Tantimalis oppressus, oculos, cum ingenti dolore, & desiderio, conjicit in pristina sua bona. Quod lamentum optime servare potest cuius peccatori, ut respiciat. Nihil est, quod tam lumino dolori sit; quam si uniusquique postus sub captivitate peccati, recorderetur, unde lapsus sit; & quod ad corpora, atque terrena, ab illa inspectio divine cognitionis intentione, dellexerit. S. Ambr. l. 2. de penit. c. 11. Sylv. in Apoc. 1. v. 5. memento unde excideris.  
*Et malum coram te feci.* Pl. 50. 6. quia illum sibi que esse noverat, jure coram illo malum se fecisse deplorabat; arguens demeritiam suam, qui non expavit, tanto iudice presente, peccare. Cassiod. hic.  
*Incerta, & occulta sapientia tua manifestasti mihi.* Pl. 50. 8. Onus aliud addidit reatu suo: ut cum beneficia memorat, culpa semper accrescat. *Incerta & occulta sunt,* quæ Deus illi in vili sui manifestatione revelavit. Primum, ut agnosceret, eum habere filium; deinde ut ipsum nosset ex suo semine in carnis assumptione venturum; ut Passionis quoque futura prædiceret, & resurrectionis gloriam nuntiaret. Et inde dicit, se non debuisset peccare. O sancta simplicitas! quis tantum suæ defensionis studere potuit, quantum iste in propria condemnatione laboravit? Dicit, post collata beneficia, ad talia se non debuisset pervenire peccata. Cassiod. hic.  
*Va mihi! quis tacuit.* Il. 6. 5. *Regem Dominum exercituum vidi oculis meis.* Si ita plorat Propheta; quem non pudeat? quem non poeniteat scelerum; si innumera Dei beneficia recolat. Mendoza. 1. Reg. 12. annot. 11. sect. 2.  
*Petra scissæ sunt.* Matth. 27. 51. O peccator; quid cogitas, petras scissas fuisse: ut velum templi à summo usque deorsum, in divisione animæ sanctissima Redemptoris nostri à corpore suo sanctissimo per mortem in cruce? nisi ut scias; nihil effectus esset hoc, ut cor tuum dolore scindatur: quia contra tam benignum Dominum peccasti; quam Jesum Christum mori videre, & omnia ossa illius ita ab invicem disjuncta tenere; ut facile quilibet ad crucem accedens posset illa sigillatim dinumerare. Pl. 21. 18. *dum numeraverunt uniuersa ossa mea.* Diez Conversio peccatoris.  
 Duo sunt compunctionis genera: unum, quod æternas poenas metuit; aliud, quod de celestibus premiis suspirat: quia Deum sitiens anima prius timore compungitur, post amore. S. Greg. ep. 23. l. 6.  
 Compunctionis gratia poenitentem non infunditur, nisi prius ipsa ei peccatorum cognitio monstretur. S. Greg. l. 5. in 1. Reg. 11.

Cogita, in Deo tuo quatuor hæc concurrere: scilicet, quod sit Creator, Benefactor, Pater, & Dominus. Ad omnia reus es; plange per singula. Ipse quidem Patrem se exhibuit; confusior audire: si ego Pater, ubi honor meus? S. Bern. serm. 16. in Cant.  
 Considerandum, quid expenditur? quis offenditur? quid magni penditur, & quid Parvi penditur? quoniam illud indecenter expenditur, quo nihil pretiosius; ille irreverenter offenditur, quo nihil gratiosius; illud imprudenter magni penditur, quo nihil perniciosius; illud imprudenter parvi penditur, quo nihil fructuosius. Quid enim tempore pretiosius? quid Domino gratiosius? quid legis dissipatione perniciosius? quid divina Lege fructuosius. S. Bonav. in Pl. 118.

§. III.

Motiva Contritionem elicienti.

**U**nigeniti fac tibi plantam amarum. Jer. 6. 26. Bene dicit unigeniti: quia si mater haberet plures filios uno mortuo, posset de aliis consolari: ita peccator, si haberet plures animas. Broymond. *Contritio.*  
*Nullus est, qui egat poenitentiam super peccato suo dicens, quis feci?* Jer. 8. 6. Ingredere intra te ipsum, & dic: quid feci cum peccavi? quid contra Creatorem meum feci? quid contra Redemptorem? quid contra meam animam? &c. De Ponte de perfect. hom. Christiani tom. 3. c. 3.  
*Ambulabam in medio flammae lamantem Deum.* Dan. 3. 24. Dicitur, quod ignis consumpsit vincula puero. Per ignem contritio intelligitur. Pl. 38. 4. *in meditatione mea exardescet ignis.* S. Thomas D. 3. adv.  
*Vade in pace.* Luc. 7. 50. Cui Magdalene mandatur abire in pace sine ulla imposita poena; cum aliter factum sit Adamo. Gen. 3. 17. Ratio ex severi Magdalene contritione. Sic B. Laro sine ulla poena volavit ad caelum. Sylv. hic q. 30.  
 Mox ut Dominus respexit Petrum. Luc. 22. 61. Petrus de clementia piissimi vultus suscepit imbrem ferotinum, lacrymarum post peccatum. Baeza t. 2. l. 6. c. 5. §. 18.  
*Vade, & jam amplius noli peccare.* Jo. 8. 11. S. Thom. Foemina adulteram solvit Dominus à culpa, non imponendo illi aliquam poenam: quia cum absolvendo exterritus, justificaret interiorius, bene potuit eam aded immutare interiorius, per sufficientem contritionem, ut ab omni poena immunis efficeretur.  
 Non grandis mihi restat via ad te amandum! solum enim opus est, ut curam ad meipsum, scilicet ad compunctionem. Idiotæ de am. div. c. 3.  
 Sicut lignum cedrinum, cum incensum fuerit, odore suo serpentes fugat: sic etiam, ubi cor ardet igne contritionis accensum, omnia fugantur demonia. S. Albert. M. serm. de invent. S. Crucis.

Contritio non in verbis consistit, sed in perfecta cordis conversione; & mox hominem justificat, quibuslibet verbis exprimitur. Publicanus quique verbis justificatus est Luc. 18. 13. *Deus! propitius esto mihi peccatori!* David duobus verbis id effecit. 1. Reg. 12. 13. *peccavi Domino.* Laro: memento Luc. 23. 42. *Prodigus: Pater peccavi in calum.* Luc. 15. 21. Magdalena, & Petrus, non verbis, sed lacrymis compunctionem expriment. Luc. 7. 38. Matth. 26. 75. Marchant. D. 10. Penit.

Quantum figus fit peccatum, ex eo, vel maxime ostenditur; quod nec univere inferri flammæ, per omnem aternitatem peccato uni adnotæ, illud consumunt. Tanta è contra vis est contritionis; ut si omnia omnino peccata, quæ nunc in gehenna puniuntur quidem, sed non absuntur, in illius ignem inciderent, uno momento abolerent. Fernandus in Gen. 3. sect. 21.

§. IV.

Requisita ad veram Contritionem.

**N**on est in tempore hoc principis (erat Azarias in fornace) neque holocaustum - ut possimus invenire misericordiam tuam: sed in animo contritio, & spiritus humilitatis suscipiamur, & tunc sequimur te in toto corde. Dan. 3. 38. 39. Nota, quid, loco sacrificiorum, offerat: animum contritum, sequelam ex corde. Baeza t. 2. l. 6. c. 4. §. 17.  
*Vade, ostende te Sacerdoti.* Matth. 8. 4. Missæ eum ad Sacerdotem: ad figurandum, quod Christianus, quamvis sit per contritionem, & gratie infusionem, à lepra animæ mundatus; tenetur tamen congruo tempore, si adit facultas, se Sacerdoti novæ Legis ostendere; aperiendo ei cor suum per veram confessionem: quia nec Deus dimittit peccatum, nisi sub hac conditione; ut poenitens proponat confiteri secundum Christi præceptum. Dion. Carth. hic.  
*Poenitentia peccati sumum.* Luc. 18. 13. dolore plenum; externoque signo internam contritionem signabat. Barrad. t. 3. l. 4. c. 13. hic D. 10. Penit. Corporis afflictiones fideles indices sunt perfectæ poenitentia. Peccus percussit Publicanus; ut intimum cordis sui imprimat poenitentiam. Quis enim credat, cor esse verè

contritum in eo, cui omnia externa sint integra, & vel à quovis parvo vulnere libera. Baeza t. 3. l. 15. cap. 7.  
 Sicut morbus, qui in faciem non prodit, & exterius non apparet; aut non est verus morbus, aut levisissimus; Sic etiam spiritus afflictio, nisi exterius in corporis afflictione apparet; vel non est vera afflictio, vel exigua. Prov. 17. 22. *Spiritus tristis excusat ossa.* Vera contritio, & dolor de peccatis, plerumque saltem lacrymas prodit. Diez ser. 6. D. 2. Quadr.

TITULUS XXXIV. CONVERSATIO.

**V**os estis lux mundi. Matth. 5. 14. Idcirco ille nos elegit, ut simus quasi luminaria; ut velut angeli verseremur cum hominibus in terra; tanquam viri cum pueris; tanquam spirituales cum carnalibus agamus. S. Chryl. hom. 10. in ep. 1. ad Timoth.  
 In humanis rebus, & in hac peregrinatione, nihil tam efficaciter gerit in se imaginem celestis patriæ, quam monastica conversatio, & congregatio divino cultui dedicata. S. Laur. Justin. demonstrat. Conversat. c. 7.  
 Maxima pericula, & formidanda, innumericque casus, latitant in conversationibus proximorum. S. Laur. Just. ib. cap. 22.  
 Nemo, nisi valde sanctus, absque sui detrimento proximorum curis occupatur. Id. de casto conub. c. 12.  
 Ingredimini ad Strucules, cum eo, quod ipsum est; sed egedimini cum vestro; dicebat suis. S. Ignatius. q. d. initio Sæculi vestris vos accomodate; fed sensum, & suavitæ altiora, & divina inducite, easque figite in eorum cordibus. Corn. in Jer. c. 15. v. 19.

TITULUS XXXV. CONVERSIO.

Ad meliora.

§. I.

Figura, & Symbola.

**Q**uid est tibi mare, quod sustitit? Ps. 113. 5. Quid est lugere, & contritari; nisi maris tempestatibus agi? quid est gaudium consolatorum, nisi figa maris, & absentatio doloris? Impietas enim mare est: doloem liquidum aquam facere non potest, sed est aqua ejus tanta valde, & multum amara; & amaritudo amarissima. Rich. a. S. Viet. tr. de exterminat. mali. c. 3.

*Pater est Deus de lapidibus istis suscitavit filios Abrahæ.* Matth. 3. 9. Excitavit Deus filios Abrahæ ex lapidibus; quando multitudine crucifixum, & ruptis petras, crediderunt. Theophylactus hic.  
*Ite vos in cinerem marem.* Matth. 20. 4. Quia ad vitam bonam alius in pueritia, alius in adolescentia, alius in juventute, alius in senectute, alius in decrepita ætate, perducitur; quasi diversis horis orationi adinvicem vocantur. S. Greg. hom. 19. in Evang.

*Vos altissimi obumbravit tibi.* Luc. 1. 35. Cum anima devota, vel spe coelestis præmiis, vel timore æterni supplicii, vel tadio in hæc lacrymarum valle diuulsum commemorandi, mota, ac stimulat, novis inspirationibus visitatur, sanctis affectibus inflammatur; & tandem, abjectis veteribus defectibus, novo vivendi proposito, à Patre luminum, spiritaliter spiritu gratie foecundatur: quid aliud agitur? quam quod sapientientie virtute altissimi, Pater coelestis divino quodam semine animam gravidam facit, & foecundat. Post hunc conceptam sacramentum pilet in facie per veram humilitatem in conversione; fastidium cibi; & potus concepit in mente plenario munditium contemptum. Jam anima cum Maria montana ascendere incipit. S. Bonav. tr. de 5. perfect. puer. Jesu.

*Annuit vocem.* Act. 9. 4. Deus in Paulo ostendit typum conversionis peccatorum. Lux enim repræsentat gratiam excitantem; prolatio in terram, advenitatem; vox reprehensionem Concionatoris; simul confitentia tormulum. Ananias Confessarius; coecitas clausuram oculorum, & animi, ad res terrenas, ac considerationem æternorum. Triduanum jejuniū satisfactioem pro peccatis; causquammarum ab oculis, est depositio exultationis; baptismus est poenitentia, & confessio; cibus Eucharistia frequentatio; verbarum cum Discipulis est agere cum probis. Corn. hic.

*Quid est tibi mare, quod sustitit?* Ps. 113. 5. Hieronymus, vel quisquis est author, in Thr. c. 3. censet: Petro, quasi Capiti Ecclesie, dictum esse de Genibus: *malis, & manna:* id est, vetustatem eorum contere; & in corpus Ecclesie, ac tua membra, convertet. Comparat Petrus leoni, qui quasi rex animalium, ea mactat, & comedit; & leonæ id est, Ecclesie, ea transcribit. Unde S. Greg. 18. mor. c. 20. ipsi Prædicatori quasi hujus leonæ oris, dicitur: *malis, & manna.* Quod mactatur, à vita occiditur; id vero, quod comeditur, in comedentis corpore commutatur. *Malis* ergo, &

*manna:* dicitur: id est, à peccato eos, qui vivunt, interficere; & à seipsum illos in tua membra convertet. Corn. hic.  
*Mortui estis, & vita vestra est abscindita cum Christo in Deo.* Coloss. 3. id est, per Baptisum, mortuum conversione, & vitæ mutatione; mortui estis mundo, Carni, peccatis; imò mortui estis vobis ipsis: quia jam non estis, quod eratis antea. Tunc moreratur, nunc vita. S. Anselmus: mortuus est Saulus persequens Christianos; resurrexit eorum amator: mortua est iniquitas in Saulo; resurrexit sanctitas in Paulo. Sylv. in Apoc. 1. qu. 74.  
*Et posuit dexteram suam super me.* Apoc. 1. 17. id est, erexit me præ timore cadentem, & confortavit me. Id. ib.  
 Immutatio conversionis portio cujusdam comprehenditur mortis. Tertull. lib. de Trinit.

§. I I.

Exempla Conversorum ex auditu.

**L**avaminis mundi. Il. 1. 16. Hæc verba audiens loqui in templo fornicator quidam, compunctus, conversus est; planeque vitam inceltam in castam mutavit. Corn. hic.

*Sulcer te servavit in tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* Il. 24. 11. Sæcularis ille, de quo Plautus. 3. de bono flat. Relig. c. ult. cum in delictis mollem vitam ageret, ac nullum sibi de conversione verbum fieri pateretur; Religiosus quidam cum comiter invisens, ad extremum in digressus: scis, inquit, quis post mortem erit lectus tuus? docebit te Ilias: *subter te servavit te.* Qui versus cum ita pupugit; ut jam nihil aliud, quam vermes illos, & tinea, aramo volvere posset. Quin etiam, cum molestant hanc recordationem ludis variis, & aqualium focus, abstergere conaretur: ita nihil proficerebat, ut potius magis, ac magis, infingeretur. Quare hoc reputans: si ipsa cogitatio illius poenæ tantum erat intolerabilis; quanto intolerabilior turba erit ipsa poenæ. Manus denique dedit Deo, & seque in religione dicavit. Corn. hic.

*Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum.* Matth. 3. 2. Minus, nomine Babylas, luxuriosus cum duabus concubinis vivebat; agens omnia, quæ illi demon suggerisset. Die quadam ingrediens Ecclesiam audivit ex Evangelio: *poenitentiam agite.* Compunctus, & templo egressus, concubinis vales: cens monachus factus; quo & illæ converse. Joan. Mofchus c. 32. prati spir.

*Brati qui lugent.* Matth. 5. 5. S. Simeon Stylita, hæc in templo audita beatitudinis, ex ovium pastore conversus. Boll. 5. Jan.

*Qui amat patrem, aut matrem, plus quam me.* Matth. 10. 37. S. Conon adolescens hæc ex Evangelio audiens, per motus monasticum habitum suscepit. Boll. 28. Martii.

*Si vis perfectus esse, vade, & vende qua habes.* Matth. 19. 21. audiens hæc S. Constantius Comes apud Brixiam in Italia, qui primam militiæ operam dedit, cumpenderet, & opulens esset; spiritualibus divitiis cepit intendere. Boll. 12. Feb.

*Omnia, quæcumque habes, vende - & veni, & sequere me.* Luc. 18. 22. hæc S. Antonius Magnus, dum tempore Missæ, cui devotè interfuit, decantari audivit, conversus.  
*Ece video calos apertos.* Act. 7. 55. Moneta, celeberrima Bononiæ Doctor, ad capeffendum. S. Dominici institutum per motus cujusdam ex eo concionatoris, hæc verba. S. Stephanus explicavit, voce dicens: Ecce nunc coelaperi sunt volentibus introire: sed mox in æternum claudentur iis, qui hoc vitæ, & bene agendi, tempus neglexerint: Ita Cironica Oxd. S. Dom. p. 1. l. 1. c. 37.

Alia Exempla ex variis.

S. Julianus cum Basilissa desponsatus, & in thalamum sponsæ introductus, miram uterque hilorum, & rosorum in eo hyemali tempore odorati sunt fragrantiam: qua ita delibuit, ut statuerent, simul virginitatem servare. Mortuis utriusque parentibus, de hereditate monasterium construxit, totoque se dedunt bono animatum. Non erat, qui posset audire verbum de ore S. Juliani, ut aliqua moro retineretur converti ad Dominum; factusque decem millium monachorum Pater. Boll. 9. Jan.

B. Joannes de Deo fundator Ordinis de hospitalitate, concionante Joanne Avila commotus, poenitentiam agit publice, solo sternitur, caput humo, & parieti alidit; capillos, barbamque vellit; saltuatum cum clamoribus civitatem ingressus pro stulto illudtur, sefe omnibus expoliavit vestibus &c. in acervum lutis conjecit: inde egressus, & coinnaculatus, & a pueris luto, lapidibusque impetitur; trahitur ad hospitale; sepe manibus, pedibusque, ligatis dure flagellatur; Curatores Nofocomii de variis delictis incusatos asperiores sibi reddidit. Avilla Joannem solatur, acta ejus probat, amenciam tandem larvam deponens incipit ministrare infirmis, peregrinationem instituit sine calcibus, sine pileo; ac male vestitus; Granatæ xenodochium instruit, ægrotos juvat. Boll. 8. Martii.

B. To.